



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 103. Contentio circa Sedis prærogativam inter Helvetiæ, & Bavoriæ
oratores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

lard, Decanus ejusdem Facultatis, Joannes Pelletier Præfectus in Collegio Navarræ, Antonius Demochares, Nicolaus de Bris, Frater Jacobus Hugonis Franciscanus, & Joannis Ursini Trecentensis Episcopi Procurator, Simon Vigor Parisiensis Ecclesiæ Canonicus, & postea Archiepiscopus Narbonensis; Richardus du Pre, seu de Pratis, Natalis Pailletus, qui post adventum suum Tridenti obiit, Robertus Fournier, Antonius Coquier, Lazarus Broychotus, & Claudius de Sanctis Canonicus Regularis S. Augustini, qui postea fuit Ebroicensis Episcopus. Ex Religiosis Doctoribus natione Gallis etiam aderant Joannes Coutignon Cluniacensis Ordinis Procurator, Georgius Girard Andegavensis Episcopi Theologus, Jacobus Alanus ex Ordine Fratrum Minorum, Vannetensis Episcopi Theologus, præter Benedictinos, aliosque Monachos.

§. CIII.

*Contentio circa Sedis prærogativam
inter Helvetiæ, & Bavariæ
Oratores.*

*Pall. cap. 13.
num. 5.*

Placuit summo Pontifici Mantensis Abbatibus colloquium, quinimo ejus verbis, quibus Abbas Lotharingum Cardinalem Sacræ Sedi valde propensum testa-

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

testabatur, fidem adhibere, cunctasque sinistras opiniones, quas de eo conceperat, deponere videbatur, quippe tam amplis verbis Abbas articulatim plurima recensebat, ut Papa admodum contentus recederet: cum autem curarum turbo ob Gallorum molimina dissipari crederetur, nova Papam sollicitudo incesserat ob contentionem, quæ inter Pagorum Helveticorum, & Bavarizæ Ducum Oratores circa loci prærogativam emerferat: hæc enim disputatio adeo invalescebat, ut Patres ad evitandos tumultus Congregationes interrumpere, ac utrique huic Oratori injungere cogentur, quatenus a publicis Sessionibus abessent, usque dum readeorum Principes delata hoc dissidium vel fuisset sublatum, vel si id impetrari non posset, saltem Pontifex hanc litem diremisset: verum hoc extremum erat remedium: nihilominus Legati adhuc dum hosce Oratores sollicitabant, ac deprecantibus Cæsaris Legatis ambo Oratores, ne Sessionibus interesse velent, consentiebant: quapropter rursus Congregationes haberi ceperant.

§. CIV.

*Polonizæ Orator ad Synodum veniens,
ibidemque receptus.*

Die